celebrans resalutatur à Nuntio; ipse tamen non debet genuflectere ad benedictionem, sed stare.

Præsente Rege

Omnia practicantur, ut supra, exceptis que sequuntur, nempè.

Non fertur Nuntio osculandum Evangelium, nec incensatur, nec datur illi pax ob reverentiam erga Regem, cui hec omnia fiunt.

Assistente Nuntio Apostolico ad Vesperas solemniter celebrandas.

Fertur ad Magnificat benedicendum incensum Nuntio, qui si celebrans sit Epus Senator, illud ipsi remittit benedicendum, dicendo = Ad Ill.mum Celebrantem = sin minus ipse Nuntius illud benedicit dicendo = Ab illo benedicaris &

Incensatur ipse Nuntius post Celebrantem absente Rege; Rege verò presente non incensatur Nuntius, ob reverentiam erga Regem, qui incensatur.